

Q. N. 434, 2.

II h  
916

LYCEI CYGNENSIS  
 INSPECTORES GRAVISSIMOS  
 ET  
 QVI BONIS LITTERIS FAVENT,  
 OMNES  
 AD  
 ACTVM ORATORIVM  
 SACRVM,

PROXIMO DIE SABBATHI, HORA MATVTINA VIII-IX.  
 IN PRIMO AVDITORIO INSTITVENDVM  
 EA, QVA PAR EST, PIETATE,  
 ET REVERENTIA  
 INVITAT  
 M. CHRISTIANVS CLODIVS,  
 RECT. ET BIBL.  
 SOC. TEVT. LIPS. ET IEN. LAT. SODALIS.

A. E. X. clo lo CCLIII. IX. CAL. MAIL.

CYGNEAE,

*de Fido Calatrica Germania*

DEBAT IOANNES FRIDERICVS. HOEFERVS.





**G**ermaniae nostrae, qua longissime patet, incolas, Deorum, peccatis hominum irascentium, indignationem sacrificiis humanis i. e. hominum ad sacrificia mactatis corporibus expiatum iuisse, superiori praefamine euictum dedimus: sequitur, ut jam ipsos Germanos, praecipue boreales populos femellis fatidicis, fatidicarumque Magistro, Stygio Daemone, sacra fecisse, eundemque, structis in eum sinem altaribus, solemniter ritu coluisse, rationibus ad probandum idoneis demonstremus. Est enim omnem humanam fidem excedere videtur tam atrocis causae assertio, tamen ejus rei maxima argumenta haec habeo. Germaniae nostrae populos variis vaticiniis, oraculis, artibusque Magicis usus, gauisusque fuisse, non vnus ejus rei testis est, idemque luculentus. Vnde igitur gentes a cultu veri Dei alienissimae habuerunt tot veri diuinique cultus simulacra? nisi a Stygio Daemone, diuinarum omnium rerum praecipue coelestium virtutum male feriato imitatore et aemulo? Ita me loqui fecit Petrus Descoperius et Martinus Hamconius apud Frickium de Druidis *a*). Et idem genus Vatum Ammianus Marcellinus Euhages vocat, testante Joh. Georgio Eccardo *b*). Fatidicae vero feminae dicebantur Alraunae, de quibus Stygii Daemonis in vaticinando administris vid. Epistolas ad Olaum Wormium *c*), it. das neueste aus der amuthigen Gelehrsamkeit *d*). De iisdem Plutarchus in vita Julii Caesaris exemplum memorabile prodidit, notatuque dignum: fatidicam quandam Ariouisto, Germanorum Regi ex aquarum praefagiis interdixisse cum hoste congredi. Sed praeter Hebraeorum vaticinia idem malus Daemon in gentes Germanorum barbaras, maxime boreales inuexit et Oracula, ex quibus prae reliquis eminenterunt Vpsaliense, et Rugense in Suecia, Altenburgense in Hollatia, cui Idolum praecerat, quod Proue nomen habuit, teste Trogillio Arnikel *e*). Saxone Grammatico *f*). Sed iisdem Germaniae ad septentrionem populi etiam artibus magicis infames sunt, de quibus plura forte a patribus hausta, memorat das Heldenbuch *g*), et Saxo Grammaticus *h*). Harthgremam Hadingi, Regis

*a*) p. 192. *b*) L. de Origine Germ. p. 128. *c*) 178. *d*) Liber rarissimus, ejus antiquissima editio extat in Biblioth. nostra Zwickau, in fol. *e*) p. 162. *f*) Anno 1751. M. Sept. p. 633. *g*) In Antiquitatibus Cimbricis, p. 230. *h*) In Hist. Danic. L. VI, p. 162, L. VII, p. 131, et Lib. I. p. 11.

Regis Danorum Conjugem hominem e mortuis exfufcitatum fuitffe fuis rediivum, idque diris carminibus linguae defuncti fuppositis. Cujus generis ofenta enarrat plura iidem Saxo Grammaticus *i*), et Arnkiel *k*). Eadem poteflate Daemoniaca agitati calluiffe feruntur artem in varias fe mutandi formas, excitandi procellas et tempeftates, ambulandi per vndarum aequora. Dicebantur quoque per glaucomata repraeftentaffe armatos equites, et pedites, effafcinaffe arma, depuliffe morbos, extinxiffe incendia, conciliaffe amores, inclaruiffeque Othinum quendam Septentrio- naliun Deum, his artibus prodigiofum, teffe Edda Islandica *l*). Praeter hunc etiam Slauci populi colebant Zernebocum, quendam Deum nigrum f. malum, cui appo- nebant Belboaum, Deum album f. bonum. Vid. Kranz. *m*). Quinimo in ipfa vi- cinia noftra id genus Daemonem Martisburgi Zuttiberum dictum, pro Deo habi- tum cultumque fuiffe Brotuf, in Chronic. Merfeb. auctor eft *n*). Eadem denique Edda Islandica *o*) memorat, idolum quoddam a Germanis religiofe cultum, quod Locke appellitauerint, habuiffe in cenfu malorum Daemonum. Plura ejus furfuris Daemones malignos Cimbriae et Germaniae familiares in Deorum numero habitos adducit modo dictus Arnkiel *p*).

Sed ne ultra, quam par eft, vt chartae anguftia, ipfufque instituti ratio patitur, euagari velle videamur, pedem hic figimus, et quosdam Difcipulorum noftrorum, qui cras in palaeftra comparebunt oratoria, eo ordine, quo infcripti funt, prodire in fcenam jubebimus. E quibus jure fuo, chorum ducet

## IOANNES FRIDERICVS FRITSCHIVS,

*Blanckenhayna-Mifnicus.*

Admodum-Reuerendi Patris, de coetu, qui Chrifto facer Blanckenhaynae colligi- tur, Paftoris meritiffimi filius vnigena, probus, ingenuus et modestus, qui, tribus retro ab hinc annis ftudiorum caufa ad nos delatus, Adolefcens tum feptendecim annorum, quid pietas poffet, et industria, exemplo fuo probauit. Dimittimus Ho- minem bona cum venia noftra, Deum T. O. Terque M. obteftati, vt Honoratis- fimum Patrem nuper et morbo fibi redditum filio et vxori diu fofpitet, filium ipfum in Academia feruatum, Parentibus faluum et incolumem reddat, in fpem fa- miliae et falutem Reipublicae Sacrae! praeparabit animos nofter ad instantis Diei Fefli dignitatem, et Commilitones ad morum, pietatisque ftudia adhortabitur

Carmine Elegiaco Lat. fubjuncta Valedictione Germanico-Metrica.

## CHRISTIANVS AVGVSTVS CLODIVS,

*Annaberga-Mifnicus.*

Perstringet Haereticorum inde a primo Chriftiano feculo ad haec tempora emer- gentium errores, furoresque, cum paraenefi ad Noftros, vt aliquando ad normam purioris religionis doceant, et vivant,

Oda Germanica.

IOAN-

*i*) L. V. p. 13. 17. 75. 80. 90. 96. 181. | *c*. 6, et ex eo Arnkiel, l. c. p. 237. *n*) P. I. 182. *k*) l. c. p. 61. et 237. *l*) Hiftor. Fab. 28. 44. vid. Snorronis Sturlae Ed- Wandal. L. III. C. 37. p. 82. *m*) L. I. | dam. *o*) l. c. *p*) l. c.

# IOANNES GOTTFRIED KRAVSIVS,

*Zwickavia - Mifnicus.*

Exhibebit Stygii Daemonis et fequacium de extremo fupplicio et morte Chrifti pueriliter exultantium, poftea autem Chrifti rediitui feueram ad inferos concionem cum tremore et angore audientium diatypofin.

# GEORGIVS GVILIELMVS FERBERVS,

*Zwickavia - Mifnicus.*

A Virtutibus, ex morte Chrifti refulantibus, et vniuerfo generi humano poft mortem falutaribus, tranfbit ad materiam huic argumento contrariam,

De Peccatis poft mortem,

Oratione Latina Profaica.

# IOANNES AVGVSTVS ERLMANNVS,

*Zwickavia - Mifnicus.*

Poliographi, de curia et Republica patria optime meriti, filius primogenitus, paternorum morum, virtutis, laboris et constantiae viva imago. Quem, vt pietatis et modestiae caufa fcholae tyronem amavimus, jam Candidatum Academiae, cujus ftudiis bene precamur, gratulabundi, dimittimus, eundemque fopfitatori Deo et Patronis de meliori commendamus,

Commotus hic vltima voluntate Chrifti in Cruce, qua Iohannem Matrem filium, Mariam Iohanni Matrem commendavit, aget

De Legatis piorum ad pias caufas fancte afervandis, cuftodiendis, adminiftrandisque.

Oratione Lat. profaica, cui fubjunget

Odam Valedictoriam Germanicam.

Vos! qui Majorum confuetudine Iuventutem fcholaflicam ad omne virtutum genus, ipfamque adeo eloquentiae artem exerceri cupitis, EPHORE, INSPECTORES, PATRONI VENERABILES! et quotquot elegantioris doctrinae alumnis fauetis, eruditi! adefte dum! mihi, ea, qua par eft humanitate, roganti, flagitanteque! adefte meis, quid ni? veftris, quantum per negotia licebit, frequentes, in loco ad dicendum Ampliffimo, et tantilli temporis moram Exercitanti oculis noftris donare; vt ordine veftro Grauffimo dignum, ita nobis jucundum et honorificum aestimate.




X 296 2821

Vol 18

M. 5

Q.N. 4342.

II h  
916



LYCEI CYGNENSIS  
 INSPECTORES GRAVISSIMOS  
 ET  
 QVI BONIS LITTERIS FAVENT,  
 OMNES  
 AD  
 ACTVM ORATORIVM  
 SACRVM,

PROXIMO DIE SABBATHI, HORA MATVTINA VIII-IX.  
 IN PRIMO AVDITORIO INSTITVENDVM  
 EA, QVA PAR EST, PIETATE,  
 ET REVERENTIA  
 INVITAT  
 M. CHRISTIANVS CLODIVS,  
 RECT. ET BIBL.  
 SOC. TEVT. LIPS. ET IEN. LAT. SODALIS.

A. E. X. clo Io ccliii. ix. CAL. MAIL.

CYGNEAE, *de Fido Libraria Grosse*  
NOTAM.

VDEBAT IOANNES FRIDERICVS. HOEFERVS.

